Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35430
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

quia non uidet eum. nec scit eum. Uos autem cogno
scetis eum: quia apud uos manebit et in uobis erit.
R/. Xpc factus est De s. cruce. Ad Philipp.
F p(ro) nobis obediens usque ad mortem: mortem autem crucis.
Propter quod et deus illum exaltauit et donauit illi nomen
quod est super omne nomen: ut in nomine ihu omne ge
nu flectatur celestium terrestrium et infernorum. et omnis lin
gua confiteatur quia dominus ihc xpc in gloria est dei patris.
In ill. t(em)p(or)e. Assumpsit ihc MAT HM.
duodecim discipulos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus
iherosolimam: et filius hominis tradetur principibus
sacerdotum et scribis. et condempnabunt eum morti. Et
tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum: et
crucifigendum. Et postquam flagellauerint occident eum:
et tercia die resurget. DE SCA MARIA. L. l. Sapit.
Fortitudo et decor indumentum eius: et ridebit in
die nouissimo. Os suum aperuit sapientie: et lex cle
mentie in lingua eius. Considerauit semitas domus sue:
et panem ociosa non comedit. Surrexerunt filii eius et bea
tissimam predicauerunt: uir eius et laudauit eam. Multe
filie congregauerunt diuitias: tu supergressa es uniuersas.
In ill. t. Extollens uocem quedam LUCAM.
mulier de turba: dixit ad ihm. Beatus uenter qui te por
tauit: et ubera que suxisti. At ille dixit. Quin immo